



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Iurisdictio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

protocollo, quàm instrumento standum est: sed requiritur scriptura extensa, Rebuff. in 3. par. sig. in ver. datum, num. 4. 5. 6. & 7.

Quartò, instrumenti copia, extracta à processu, ubi præsentatum fuit, facit fidem, Guid. Pap. quest. 71. num. 1. vide c. 2. & ibi gloss. in ver. Authentica, de fide instrum. oppositum videtur dicere Caputaqueni. dec. 101. licet loquatur pendente lite, idem de Scriptura extracta à processu absque extractione totius processus, non facit fidem, idem decif. 113. par. 3.

Quintò, copia alicuius scripturæ non facit fidem, nec in iudicio, nec extra, nisi originale, dec. Rot. 8. de dolo & contum. in noviss. vide Covar. pract. quest. cap. 19. numero 1. ad decif. Guid. Pap. potest dici primò, quòd ita servatur in partibus Franciæ; secundò, quòd valet in antiquioribus, ita Covar. loc. cit. cap. 2. num. 6. & cap. 20. numero 4. ver. 6. & cap. 22. numero 1.

Sextò, quæ circumstantiæ requirantur ad hoc, ut instrumentum possit liquidari? vide Maran. 6. p. act. 8. num. 32. & infra.

Septimò, quæ sint necessariò ponenda in instrumento, & an sine eis dicatur nullum, vel falsum, vide Covar. loc. cit. c. 20. num. 1. & infra.

Octavò, cui magis credendum sit, scripturæ, testamento, seu instrumento, an testibus deponentibus contra dictas scripturas, vide gloss. in cap. cum Ioannes, in versic. quodlibet instrumenti, de fide instrum. Gloss. in cap. si testes, 4. quest. 2. decif. Rot. 3. de offic. vic. in noviss. num. 4. Apokilla in regula pluralis, de reg. iur. lib. 6. &

quot testes requirantur ad illidendum instrumentum, seu testamentum, vide Covar. loc. citat. cap. 20. numero 6. conclus. 1. & 2. ubi concludit, sufficere duos fide dignos, etiamsi in instrumento fuerint plures scripti, & lib. 3. cap. 13. numer. 11. variar. resol. & Fel. in d. cap. 35. & Foller. pract. crim. f. 135. num. 64. Innoc. in dict. cap. Ioannes, num. 2. gloss. in cap. in nostra, de test. & Caputaqueni. decif. 100.

Nonò, instrumentum liquidum non admittit compensationem, Afflict. decif. 382. num. 6. quamvis oppositum sentiant alii Doctores, prout dixi in ver. compensatio, num. 6. & 7.

Decimò, instrumentum dotale admittit compensationem, Afflict. dec. 121. & sic non habet executionem sicut instrumentum liquidum.

Undecimò, instrumentum alienationis rerum ecclesiasticarum ex diuturnitate præsumitur habere solennitatem, idem decif. 368. num. 7.

Duodecimò, instrumentum diuisionis probat dominium, Afflict. dec. 14. n. 2.

Decimotertio, instrumentum confectum à Notario vasallo, pro vel contra Baronem suum, an probet, vide Vinc. de Franch. decif. 118. nu 1 ubi negativè respondet.

Decimoquartò, instrumentum quomodo reddatur suspectum, vide Abb. in cap. cum venerabilis, numero 6. & 8. de derelig. domib.

IURISDICTIO.

Primò, iurisdicatio an possit exerceri ab Episcopo inter suos subditos in vitos, tamen in aliena Diocesi, etiam de licen-

ria Episcopi illius, vide Abbatem. in *Clem. Quamvis, num. 7. de foro com. p.* ubi videtur dicere negativè, Covar. *de sponsal. 2. part. cap. 7. §. 2. numero 15.* idem Gemmin. in *cap. si. juxta finem, de elect.* libro 6.

Secundò, quænam sit jurisdicção contentiosa, & quæ voluntaria, vide eundem Gemmin. *loc. cit. ver. sed nunquid*, ubi dicit, quòd jurisdicção, contentiosa est illa, quæ fit in invitum, & inter partes contradicentes, vel ut dicitur, in contradictorio judicio, voluntaria quæ fit sine his, & sic Episcopus per istam voluntariam jurisdiccionem potest extra suum territorium ponere edictum, expedire citationem, modò trahatur ad locum intra suum territorium, potest delegare causas, conferre beneficia, absolvere à censuris, prout dictum est multis in locis hujus praxis.

IUDÆUS.

PRImò, cum delinquit, ratione delicti, sortitur forum ecclesiasticum, *cap. postulasti, de judic. vide Abb. in Clem. num. 3. de testam.*

Secundò, si committit delictum sapiens hæresim, Inquisitor, seu Ordinarius potest procedere contra eum, *cap. accusatus, §. sane, lib. 6. de hæres.*

Tertiò, si crimen sacrilegii, datur præventio, *Guid. Pap. decis. 63. c. 3. num. 1. vide Sylv. in ver. Iudæus, num. 10.*

Quartò, an Iudæus publicus usarius possit condere testamentum, vide Covar. *ll. 3. cap. 3. versic. 7. var. resol. Abb. in cap. quanto, de usuris.*

IRREGULARITAS.

PRImò, de hac materia, cum sit exuberans, vide Navar. *cap. 17. num. 195.* & infra. & Summistas, in *ver. irregularitas*, præsertim Reverendissimum Maiolum, Episcopum, Vulturaniensem Benevent. Provincia: in opere suo de hac materia.

Secundò, dubitatur, an qui incidit nasum, vel aurem alicuius, sit irregularis. De primo videtur, quòd si, cum sit membrum. De secundo idem sentit Navar. *cap. 27. num. 123, notab. 7.* Covar. in *Clemen. fuciosus, de homic.* est contrariæ opinionis, & ita magister meus, cum quo ego sentio, propter rationem, quia auris potius est quædam cartilago, quam membrum, Covar. *loc. cit. 3. p. num. 3.*

Tertiò, abscindendo digitum, modò non sit pollex, vel index, non incurritur irregularitas, Navar. *loc. citat. num. 206, notab. 2.* Caiet. *2. 2. quest. artic. 1.* quamvis Sot. *lib. 3. quest. 2. artic. 1.* videatur tenere oppositum: sed magister meus est cum Navarro, & ita ego etiam. Ratio est, quia cæteri digiti non dicuntur membra, sed partes, Abb. in *cap. cum illorum, num. 8. de sent. excommun.* si tamen abscinderet quis partem digiti pollicis, vel indicis, ob quam non impediretur celebratio, non esset Irregularis, & illie sic mutilatus, posset promoveri. Navar. *conf. 1. de corp. vitiat.*

Quarto, qui debilitat, seu reddit inutile membrum, vel languidum, non est irregularis, Navar. *loc. citat. num. -- notab. 9.* Soto. *loc. cit. Abb. in cap. clericis num.*